

te interroget. **In hoc credimus quia a deo existi.** Proprium nanque est deo cogitationes hominum intueri, scriptura testate, quæ ait: **Tu deus solus nosti corda filiorum hominum.** Et iterum: **Quæ sunt in corde hominis, oculi tui uident domine.** Et Psalmista: **Intellexisti cogitationes meas de longe.**

SERMO DE LITANIIS, id est, de supplicationibus, & de exordio earum.

Sed quia dies litaniarum .i. supplicationum, antiqua reuoluntate recolimus, liber propter simpliciores, unde exordium sumpserunt, breuiter commemorare. Non enim absque euangelica & apostolica autoritate, in consuetudinem uenisse credendi sunt. Denique dominus in cælum ascensus, cum spiritum sanctum apostolis frequenter se promississet missurum, ait inter cætera: **Vos autem manete in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto.** At postquam eum cælum ascendisse conspexerunt, regressi sunt in Ierusalem (ut Lucas euangelista dicit) cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. **Ut autem spiritum sanctum promissum accipere mererentur, ieiunio & oratione se præparare studuerunt, sicut idem Lucas in Actibus apostolorum commemorat, dicens: Erant omnes unanimiter perseverantes in oratione, cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.** Postquam autem spiritu sancto repleti, ad prædicandum euangelium gentibus in uniuerso orbe dispersi missi sunt, hos dies successoribus suis agendos tradidisse creduntur. Et inde deuotio christiana eos annua religione celebrare cœ-

pit, ut eiusdē sancti spūs dono participes fieri mererētur. Quod autē nūc nō post ascensionē, sed ante ascēsiōnis dñi diē à nobis aguntur, hæc res in causa est. Nā cū exigentibus peccatis, Galliarū populi luporū rabie acriter interimerētur, nec huius flagelli aliquod remediū inueniri posset, cōgregati traduntur Galliarū episcopi apud Viennā p̄cipuā Galliarū urbē, atq; in cōmune statuerunt ut in triduo ieiunio dñi misericordiā implorarent, antiquorum patrū uestigia sequentes. Cumq; ad eorū preces oculus diuinæ pietatis respiciens, flagelli huius pestem misericorditer abstulisset, hī dies in consuetudinem annuæ celebritatis uenerunt, ut per Galliarū prouincias ante ascensionis dñi diem celebrarentur. Agamus ergo & nos hos dies pro modo nostræ paruitatis, cū summa reuerentia & ueneratione, cū abstinentia carnis & humilitate cordis, non t̄m ut uisibilem luporū rabiem euadamus, sed etiā ut inuisibilem, quod melius est, idē immundorū spiritū tentamēta uincere ualeamus. Fortissima em̄ sunt arma ieiunij contra dæmonū tentationes, domino dicente: **Hoc genus non eiicitur nisi in oratione & ieiunio.** Non solum cōtra tentationes ieiunia iuuant, sed etiā ad cognoscenda diuina mysteria mentē eleuant. Deniq; Moyses, ut legē r̄ereret accipere, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiuuauit. Daniel nero, ut secreta mysteria intelligere posset, nō solum in aula Babyloniarū miræ abstinentiæ fuit, sed etiam trium hebdomadarum diebus in oratione & ieiunio permanfit, sicut ipse dicit: **Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum dies, panem desiderabilem non comedi, caro & uinum nō sunt ingressa in os meum.** Sed neque unguento unctus sum, donec compleren-

Matth. 23

Danic. 105

tur trium hebdomadaram dies. **V**t ergo spiritus sancti dono participes esse mereamur, hos dies cū omni puritate celebrare debemus, in abstinentia prolixiores, in eleemosynis largiores. **E**t unde caro nostra sentit afflictionem, inde pauperū esuries sentiat consolationem. **N**on solum pro nostris, sed etiam pro totius ecclesiæ necessitatibus supplicare debemus, pro pacis scilicet tranquillitate, pro frugum habundantia, pro aeris temperie, pro regibus & gubernatoribus,

1. Tim. 2.

monēte **A**postolo qui ait: **O**bscuro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo, qui oēs homines uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire.

FERIA SECUNDA

post Vocem iucunditatis, in

litanis maioribus.

Iacobi V.

Charissimi, Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Et reliqua.

Ad optimum salutis nostræ remedium hortatur nos apostolus Iacobus, ut præsentis lectiōe cū legeretur audistis dilectissimi nobis. Confitemini inquit, alterutrū peccata uestra. Non qd̄ deus indigeat cōfessione nostra, cui omnia præsto sunt que cogitamus, loquimur & agimus, sed